

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

14. Sacerdotio initiatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Postillā in alium aliumque locum Superiorum mandato alegatus , tandem sacerdos ab Antistite

14.
Sacerdo-
tio initia-
tur.

Auximano inauguratur . Mactus tantā dignitate , vix credi potest , quanto opere piorum Manibus , quos ignes piaculares cruciarent , suffragari studuerit . Certè premium operæ non exiguum fecisse , illæ ipsæ animæ testes palam gratulatæ sunt .

Degebat non procul à Pisauro in Eremo , quam Vallimanentem vulgo dicunt : ubi nocte præcedente Dominicam illam , quâ juxta morem in cœnobia receptum , hebdomadarium sacerdotii munus inchoare jubebatur , audivit ejulatum cuiusdā , miserandum exclamantis ; NICOLAE frater respice in me . NICOLAO autem aures arrigenti , & erigenti oculos ; demùm , quis , quid se vellet , roganti , reddidit ille . Ego sum anima Fratris Peregrini Auximensis , quem in vivis probè novisti , cruciorq; in hac flammâ . Purgatoriis enim pœnis misericorditer à Deo depuratus , qui aeternas merueram , tuis fanè

A 6 preci-

15.
Piacula-
ribus
flammis
addictæ
animæ eū
sibi apud
Deum pa-
tronum
expetunt.